



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

II. De confugio ad ecclesiam. Ll. Sax. cap. 2. Iorn. 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

LEGES ECCLESIASTICÆ
ALVREDI REGIS.

I.

In primis, quod maxime necessarium est, cuicumque fidelium fidem & iuramentum suum, multa, vt conuenit, obseruantia custodire. Si quis tamen ad alterutrum cogatur iniuste, vel ad proditionem domini, vel iniustum aliquod adiutorium, rectius est hoc ementiri quam implere. Si quis autem vadiet quod fieri iustum sit, & transgrediat, committat arma sua & pecuniam amicis suis in custodiam, & sit quadraginta noctibus in carcere ad mansiorem regiam, & pœniteat ibi secundum iussionem episcopi sui, & parentes eius pascant eum, si ipse victum non habeat. Si parentes non habeat aut cibum, præpositus regis procuret eum: & si cogi oporteat, & aliter nolit; Si ligetur, perdat arma sua cum tota pecunia sua. Si occidatur, inultus iaceat. Si aufugerit ante terminum, & item capiatur, sit quadraginta noctibus in carcere, vt ante debuerat. Si amittatur, sit * forbannitus, & excommunicatus ab omnibus Christi ecclesiis. Si tunc aliquis plegius interfit, emendet infractionem plegii, sicut rectum edocebit, & infracturam vadii secundum pœnitentiæ censuram.

II.

Si quis ad ecclesiæ mansionem pro quacumque culpa confugiat, quæ ad firmam regis * non pertineat, vel alteri commodo deseruiat, & venialis sit, habeat * trium noctium terminum cauendi sibi, nisi reconciliari quæsierit. Si quis * in hunc terminum malignauerit * eum vinculis aut verberibus, emendet secundum eorum rectitudinem patriæ, vvera, vuita, & ecclesiæ ministris centum viginti solidos, pro infractione pacis.

III.

Si quis † plegium regis infringat, emendet inculpationem, sicut rectum est, & infractionem plegii 5. libris Merciorum denariorum. archiepiscopi † *Borbbrice* siue † *Mundbrice* emendetur 3. libris: aliorum episcoporum vel comitum, 2. libris.

IV.

Item statuimus omni ecclesiæ dedicatæ, pacem habeat.

* E. foris-
bannitus

* deest
non
* tres noc-
tes

* infra
* ci

† Fidei ius-
sionem datam.

† Fidei ius-
sio.
† Pacis vio-
latio.